Johannes Reuss 3
A°. 1.5.3.5.

# PROSODIA

SIVE DE CARMI-
num Ratione breuis Li-
bellus, quo nullus
magis ſuccin-
ctus eſſe poterit,
Iam ab eius authore D.
M. H. recognitus, inq; locis
quibuſdam repurgatus, additis quæ
in priori editione deſi-
derabantur.

N H
1545

¶ ARGENTINAE EXCV-
debat Iacobus Iucundus
Anno M.D.XXXIIII.

* *
*

## THEOBALDVS BRACT. alias Spengel Moguntinus Lecto-ri ſtudioſo S. D.

NVper in libellum quendam, Lector ſtu-
dioſe, de Carminum generibus oppido
quàm elegantem & cõmodum incidi. Quam
carminum rationem, ab alijs late fuſam, hoc li-
bello ſic cöartatam, & in Compendium con-
tractam uidebam. Vt nec iuſto longior, nec in
fra neceſſitatem breuis eſſe legenti uideri poſ-
ſet. Sane expertus erat uir ille, qui hunc libellũ
congeſſerat, non indiligens, & iuuandæ iuuen
tuti unicè deditus, illud Horatianũ uerum eſſe,
Quicquid præcipies, eſto breuis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq́; fideles.
Hunc libellum, cum non inutilẽ fore iuuentu-
ti ſtudioſæ putarem. Tametſi non in hoc con-
ſcripſerat, ut ederetur, ſed ſuis priuatim diſcipu
lis dictauerat. Ab illo tamen obtinui, ut libel-
lum à ſe manumiſſum, totum in meam pote-
ſtatem traderet. Próinde ne ſemper ſtudioſa iu
uentus, longis quorundam commentarijs de-
tineretur, hunc libellum Iacobo Iucundo Ar-
gentinenſi calcographo imprimendum dedi,
quo iuuentus relictis diuerticulis, planũ com-
pendium ad Carminum rationem dinoſcen-
dam ſequeretur. Siquidem ille mihi præſtitiſſe
uiſus eſt, ut pueris induſtrijs, uia aperietur, qua
ad Muſaꝝ myſteria facilius intromitti poſſent.
Quare hæc in communem iuuentutis utilita-
tem comportata, Pueri boni conſulant. Docti
doctiora legant. Nam id unum hoc libello
quæſitum eſt, ut hinc aliqua ad iuuen-
tutem utilitas dimanaret. Id ſi mi-
nus eſt præſtitum, tamen uo-
luntatem Lector can-
didus non impro-
babit. Vale
ex Moguntiaco Idibus
Mai. Anno M. D. XXXIIII.

## ¶ CARMINIS COM-ponendi breuis & diluci-da ratio.

SYLLABARVM
in Carmine prima de
bet eſſe obſeruatio.
Sunt autem aliæ bre-
ues, aliæ longæ, aliæ
ancipites. Breuium
character eſt ſemicir-
culus v. Longarum
protracta linea - ut
Dĕŭs vv. uērāx --

TEMPVS eſt mora qua ſyllabæ efferuntur. Omnis autem Breuis unicum tempus habet. Longæ uero bina obtinent tempora.

SYLLABARVM cognitionem non aliunde uel tutius uel melius quàm ex frequenti bonorum Poëtarum lectione uenabimur. Quod enim quidã ſpeciales cognoſcendæ ſyllabæ regulas præſcribunt, Vocalem aliam ante alias conſonantes aut produci, aut corripi, nunquam ego iuuentutem paruo fructu, tam immenſo labore onerandam duxi: cum quicquid eo modo præcipies, plura penè excipienda erunt, quàm regula comprehenderis. Sed ne uacuos, & neceſſariæ cognitionis penitus expertes pueros dimittam, quæ de ſyllabis conſulto percipi poſſe mihi uidentur, ex HVLDERICHI Hutteni Carmine Heroico, quod de componendi Carminis ratione fecit, huc adſcribam. Nam & minore labore diſcuntur, hærent´que firmius uerſus, & inſita quadam delectatione puerorum animos illiciunt. In quibus ne ulla obſcuritas remorari iuuentutem queat, ſingulis quaſi capitibus, ſuas explanationes ſubijciam.

¶ De Literarum diuiſione
ex Hutteno.

1 Litera apud Latios iſto diſcrimine fertũ



Vocalis Criticos, ꝙ uoces integra reddat.
Tales quinq; putant, y græca exinde re-
tracta eſt.
Cõſona q̃d uoces nil mutãs adiuuat ipſas, 2
In ſe nulla tamẽ niſi uocibus addita rectis.
Hæ; aliquę nobis uacuos referũt ad uſ9,
Quæ ſint diſce breui. Quibus e non aſſo-
nat ipſis.
O tamen u iunctũ ſtat in uſu crebrius illo 3
Vt ſequor, ut quoniã. Vetus eſt ſcripſiſſe
kalendas.
H, nota nonnullis uenit aſpiratio uerbis 4
Non tamẽ idcirco quod poſſit littera dici.
Nec te cõturbet, ſi obiecerit unus & alter:
Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma.
Non ego cõfirmo q̊ quiſq̃ eſt rarius uſus.
X, dupla eſt. Veteres (breuitas cum for- 5
te iuuaret)
Pro (gregis hoc monſtrat) iunctis ſcripſe-
re duabus.
Duntaxat Græcis Z eſt data littera ỽbis.
Quę ſup̱ has reſtãt dabis illis littera nomẽ.

¶ EXPLANATIO.

Literæ apud Latinos in uocales diuidũtur 1

& Conſonãtes. Vocalis eſt quæ ꝑ ſe ſola uocē
reddit. Tales ſũt qnq; a, e, i, o, u, & una grçca y.
2 Conſona eſt, quæ uocalibus aſſonat, per ſe
uocem non reddens.
3 V, prçter uocaliũ naturã cum alia uocali in
unã ſyllabam coït, eò ꝙ poſt g, q, & ſ, poſita eli
queſcit, & uim literæ amittit, ut ſeq̃r, quid, &c̃.
K græcis tantũ dictionibus adſcribitur, quod
tamẽ ipſum ab Latinis obſeruari iam deſijt.
4 H, litera nõ eſt, ſed ſpũs firmãdç roborãdçq;
uocis cauſa nõnullis dictionib. aſcitus, Quç in
uerſu ꝓrſus intercidit, nec literæ rationẽ tenet.
5 Duplæ ſunt literæ x, & z, quarum priorem
Latini duarum uice gs, & cs, uſurpant. Alte-
ram græcis ſolum dictionibus addunt.

¶ De Conſonantium diuiſione.

1 Cõſona uel muta ẽ, qm̃ male uocib⁹ aſtat,
Inq; e, finitur, uel (quæ plus cõſonat iſtis)
Semiſona incipiẽs e, dũ ſe terminat ipſam.
2 F, tñ (ut muta eſt) nihil hac ratione tenet̃.
Quid q̃d hẽt mutç uim totã, & cõuenit añ
Mobilib⁹ liq̃dis: ſic flauus, ſic fremo ꝓfers.
3 Quaſdã etiã dici Liquidas uoluere Latini.
Mollior his ſonus eſt, & qui ꝑſçpe liq̃ſcat.
Quin poſitæ ad Mutas uocalẽ quæ p̃it añ
Si breuis eſt, alias cõem incedere cogunt.



Sic aper exit apri, tenebrç ſic ſiue tenebrç.

¶ EXPLANATIO.

Conſonantium aliæ Mutæ ſunt, aliæ Semi 1
uocales, & ex his quædam liquidæ.
Mutæ ſunt quç in e deſinunt, nec per ſe ſonum
ullũ habent, donec per e uocalẽ in fine expri-
mant̃. Sunt aũt nouem b, c, d, f, g, k, p, q, t.
F, licet ab e, uocali incipiat ut Semiuocalis, 2
tamẽ muta eſt, quia p̃ter ſemiuocaliũ naturam
Liquidis in eadem ſyllaba præponi ſine uoca-
lis interpoſitu poteſt, ut flauus, frigus.
Semiuocales Mutis aliquãto ſonãtiores ſunt,
quippe q̃ ab e uocali incipiẽtes, in ſuũ ipſarum
ſonũ deſinunt, ut ſunt ſeptẽ illæ l, m, n, r, ſ, x, z.
Ex his quatuor ſunt Liquidæ, l, m, n, r, ſic di 3
ctæ, quia nõnunq; liqueſcunt, & cũ Mutis iun-
ctæ breuẽ alioqui uocalẽ prçcedentẽ interdum
extendunt. Longam uero breuiare nunq; poſ-
ſunt. Vnde in ſimulachro, lauacro, et ſimilibus
penultimas perpetuo producemus.

¶ De Diphthongis.

Oĩs in hoc numero uocalis ponit̃ anceps 1
Nõ ut apd' Graios, ubi ſtricto iure tenent̃.
Nulla unq; tenuit uocales ſyllaba binas 2
Ni coëant ſimul, & diphthongi nomine
quadrent

Quatuor iſta modis fieri cõnectio ſueta ẽ  
Aulę erit exemplũ, felix atq; Eurus in illa.  
Quĩta fere exoluit pacto diphthõg⁹ eodẽ  
Scribe graueis tamen hac, tentabunt pa-  
bula fœtas  
Quiſq; ab antiq; ſcribẽdi cõgeris uſum.

¶ EXPLANATIO.

1 Oĩs uocalis apud Latinos per ſe cõis eſt, adiuncta autẽ conſonãtibus uel longa uel breuis efficit. Aliter apud Græcos ubi η & ω ſemper longę ſunt. ο & ε breues. α ι υ ancipites.

2 Diphthõgus eſt, quoties in unã ſyllabã duæ uocales coeũt. Quę ita efferri debet, ut utriuſq; uim pronũtiatio exprimat, confuſusq; magis duarũ uocalium ſonus q̃ alterutrius extinctus eſſe uideat. Sũt autẽ quatuor au, æ, eu, œ, et una antiqua ei, cuius uſus eſt in accuſatiuis nominum declinationis tertiæ, ut graueis, parteis.

Diphthõgus.

¶ De I, & V, in Conſonantes demigrantibus.

1 I, ſolet uq; ſimul natiuam amittere uocem  
Conſona facta Iouis, Venus, hoc oſten-  
dere poſſunt  
Vtraq; conuerti facilis retroq; referri,  
Troia gaza uelut; Troiæ q̃ pmus ab oris.



Et uerbũ ſoluo, dux longa pace ſolutus.  
Sic uicibus mutant̃ & in ſua iura recedũt.  
I quoq;, ubi poſita eſt uocales inter utrinq; 2  
Fit dupla, & craſſas extendit murmure  
uoces (re uetuſtas.  
Caius ut eſt, tamen hanc uoluit gemina-  
V, q̃nq; ſono mãca eſt, uimq; exuit oẽm. 3  
Ni liquidã dicas, quoniã reſolubilis extat.  
Suauis ibi quercusq; dabunt documenta  
uel anguis.

¶ EXPLANATIO.

I, & u, in dictionibus poſitæ uocali ſequente quandoq; uim uocalis amittunt, & conſonantes fiũt ut Iupiter Venus, Troia ſõlũo duarum ſyllabarum. Quarum tamẽ utraq; in uocalem facile redit ut Trõĭŭs Æneas, & Nunc quoq; te ſoluo pĕrſõlŭẽndă mihi. 1

I, inter uocales utrinq; poſita uim duplicis conſonantis habet. ut Caius, maior. 2

V, poſt g, q, & ſ, poſita euaneſcit, & oẽm fermè literæ uim exuit, ut quercus, ſuauis, anguis. Hæc de literarũ ratione, q̃ ea etiam ad carminum iudiciũ nõnihil conferre uideretur, nunc ſimili modo de ſyllabis agam. 3

¶ De Syllabis.

Syllaba diſpoſitis ſurgit cõpacta lituris 1

Subdit̃ huic tp̃s. Nã ſi qua eſt longa duorꝝ
Tp̃is unius breuis eſt. Ita ſyllaba conſtat
Quanta ſit, & iũctas ſignãt faſtigia uoces.
2 Quæcũqꝫ eſt inter primã ubiqꝫ ſupremã,
Hãc mediã dicũt. Medias ita dictio plures
Cõtinet una ſimul, quæ lege tenent̃ eadẽ.

¶ EXPLANATIO.

1 Syllaba eſt literarum comprehenſio unico ſpiritu pronuntianda.

Tempus eſt mora qua efferunt̃ ſyllabę. Breues autẽ ſingula, longæ bina tempora habent.

2 Quotquot in dictione inter primam & poſtremam ponuntur ſyllabæ, omnes eadem ratione mediæ nuncupantur.

¶ DE SYLLABARVM quantitate pernoſcenda.

Iam antè admonui infiniti eſſe laboris de ſyllabis oĩbus ſpeciatim uelle p̃cipere, & haud ſcio an fieri ullo modo poſſit. Certe minore negotio, & ſecuritate maiore, ex obſeruatione lectionis, q̃ꝫ è præcipientiũ fide ſyllabarꝝ cognitionẽ hauries. Proinde de ſyllabis generatim pauca admonebo, Cætera è poëtis petas, licebit.

Syllabarũ quantitas cognoſci octo modis poteſt. Exemplo poëtarꝝ (de quo iam admonui), Vocali ante aliã. Diphthongo, poſitione, deriuatione, cõpoſitione, præpoſitione, & regula.



¶ De Vocali ante Vocalem.

Quæ uenit ante aliam uocalis, corripiet̃. *Vocalis ante uocalem.*
Sic uia, ſic Deus eſt. Fio producitur uſqꝫ.
Dum ſubit r, uoci, fierem fieriqꝫ notando.
Oĩbus eſt anceps genitiuis ſyllaba in ius.
Caſibus in q̃ntæ quando i, ſubſcribit̃ extat
E longũ. Choream plateam cõiter effer.

¶ EXPLANATIO.

Omnis uocalis ante aliã in Latinis dictiõibus corripit̃. ut Dĕus uĭa. ¶ Excipe,

Fio quod ita demum corripitur, ſi alteram uocalem r, ſequatur, ut fierem.

Nomina declinationis quintæ in quorum genitiuis & datiuis ſingularibus e, producitur, ut diēi. Fides e breue habet, ut fidĕi.

Genitiui in ius penultimam habẽt ancipitem.

Præter alius quod diſcriminis cauſſa ſemper produci debet, & alterĭus corripi.

Aēr priorem longam habet.

Chorea & platea indifferẽtes hñt penultimas.

Poſſeſſiua noĩa in ius añpenultimas extendũt, ut Priamēius. Rhodopēius, ut prĭămēĭă uirgo. Externo commiſſa duci Ænēĭă puppis.

Quæ apud Græcos aut dyphthongo ſcribuntur, aut uocali longa, cum ad nos ueniunt, naturam ſeruant, ut σπονδεῖος, ἠῷος, κυρηναῖος, ſpondēus, Eōus, Cyrēnæus. θαλεῖα, Thalīa.

¶ De Diphthongo & poſitione.

Diphthongus longa eſt. Mora fit ſi forte
ſequatur
Conſona uocalē duplex, ita piſcis & axis
Vocalē longāt, ita nox, ita maius habent.

¶ EXPLANATIO.

Omnis diphthongus longa eſt. Interdū corripiuntur in compoſitione diphthongi, ſequente uocali, ut præit, ſudibūſque præuſtis.

Poſitio. Omnis poſitio lōga eſt. Eſt aūt Poſitio quādo uocalē duæ conſonantes ſequunt, aut una duplex, ut piſcis āxis. Nec refert unius dictiōis iſtę conſonantes ſint, an in alterā prior dictio deſinat, & ſequens incipiat ab altera, ut ārmă ŭirumꝗ. &, Silueſtrēm tĕnŭi, ubi a, & em, poſitione protrahuntur.

Inuenias alicubi in fine dictionis uocalē breuē à duabus conſonantibus (quæ ſequentē dictionem inchoant) impediri, ut longa fiat, ut Fonteſqūe flŭŭioſcꝫ uoco, &, Terraſqūe trāctuſcꝫ. Idcꝫ imitatione Græcorum.

Latini autē, ſi uocalē breuem in fine dictionis poſitā duæ conſonantes à ſequentis dictionis initio ſitæ excipiant, poſitionē facere non conſueuerūt. ut, creſcit amor numi quantū ipſa pecūnĭă creſcit. Et, Linquimus inſani ridētes præmĭă ſcribæ. Ponite ſpes ſibi quiſcꝫ ſuas.



Interdū duę mutæ breuē uocalē pręcedentē nō extendūt, ut Sardŏnĭcās ſmărăgdos, adamātas iaſpidas uno, &c̄. Queādmodū et gręcis μν, πſ, κτ, cōem facere ſyllabam Herodianus teſtis eſt.

¶ De Deriuatione.

Omne ſuā ſequit, qua fluxit origine ꝟbū.
Sic ſcriba a ſcribo nomē fit mobile ꝟbo.

¶ Excipe,

Sūt breuia iſta tamē deducta ab origine longa
Vt manꝰ & titulꝰ, fragor, & fragilis, duce ariſta
Tum ſopor atcꝫ farina, lucerna, diſertꝰ, ofella.
Adde dicax, ſtabuliſcꝫ ſagax, odiūcꝫ mamilla
Et lotiū & fatuus, ſiquidemcꝫ curulis acerbus.
Iunge femur, uada aquæ, nato cum quater adde quaternus
Qđ abit ex ſigno, ligulācꝫ Bubulcus, aceruus.
Et ſtabulū, uaricoſus, anus, coma, iūge nūiſma.
Huc domꝰ huc oculꝰ, huc cōfers lector omaſū
Cumcꝫ fides, uitiūcꝫ, uir, uato, arena, Tigillus.

¶ EXPLANATIO.

Deriuata oīa Thematū ſuoꝝ naturā ſequunt, ut ămorem prima breui dicimus, quia & ămo primam breuiat, ut nēſcĭō quid ſit ămōr, nĕc ămō, nĕc ămōr, nĕc ămaui.

¶ Excipe,

Hæc ſequentia quæ à primitiuis longis deducta, ipſa primam corripiunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mănus | mānare | Lŭcerna | lūceo |
| Tĭtulus | tūtari | Dĭſertus | diſſero |
| Frăgor | ſrāngo | Ofella | ōffa |
| Frăgilis | | Dĭcax | dīco |
| Dūce | dūco | Stăbilis | ſtāndo |
| ărista | āreo | Stăbulum | |
| ărena | | Săgax | ſāga |
| Sŏpor | ſōpio | ŏdium | ōdiſſe |
| Fărina à | fārre | Mămilla à māmma | |
| Sĭgillum | ſīgno | Cŏma | Como is,ere |
| Lĭgula | līngua | Nŭmiſma | nūmo |
| Bŭbulcus | būbus | ŏculus | ōculendo |
| ăcerbus | ācer | Fĭdes | ſīo |
| Vărícoſus | uārícibus | Lŏtium | lōtu |
| ănus | ānnis | Vĭtium | uīto |
| Fătuus | ſāndo | Vĭri | uī ſeu uirtute |
| Sĭ quidem | ſī | Tĭgillis | tīgno |
| Cŭrulis | cūrru | Strĭgilus | ſtringo |
| Vădum | uādo | | |
| Năro | nātu | | |
| Quáter | quātuor | | |
| Quáternus | | | |

¶ Deriuata e breuibus longa.

Deducta a breuibus, ſic ꝑducēda notabis:



Regula, iucundus, ſtaturus, ſecula, uomer,
Vitupero, remus, tū caſus, iunior, humor,
Tegulaqꝫ humanus legis, laternaqꝫ, rapū,
Caſeus, & totus, uocis, iumentaqꝫ, regis,
Viginti, binus, denus, trinus, q̊qꝫ nonus,
Iugera, uena, q̄bus ſedes, & macero, petꝰ,
Serius & nequam, feralis, ſumina, uires,
Vociferor, fomes, ceritus, ſecius adde.

¶ EXPLANATIO.

Deriuatiua ſequentia à ſuis primitiuis quantitate diſſidēt, quæ a breuibus deducta, priorem longant.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Rēgula | rĕgo | Vōciferor | uŏco |
| Rēx | | Vōcis | |
| Iūcundus | iŭuo | iūmentū | iŭuo. Gel à (iungendo deducit lib. 20. cap. 1. |
| Stāturus | ſtătum | Vīginti | bĭs decem |
| Sēculum | ſĕquor | Bīnus | bĭs |
| Vōmer | uŏmo | Trīnus | trĭbus |
| Vītupero | uĭtium | Dēnus | dĕcem |
| Rēmus | rĕmeo | Nōnus | nŏuem |
| Cāſus | cădo | Iūgerū | iŭgo |
| Iūnior | à iuŭenis | Vēna | à uĕnio |
| Hūmor | hūmo | Sēdes | ſĕdeo |
| Hūmanus | | mācero | măcer |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hūmanus | | Pētus | pĕto |
| Tēgula | tĕgo | Sērius | ſĕro |
| Lēges | lĕgo | Nēcꝫ | nĕc quicꝫ |
| Lāterna | lăteo | Fērālis | fĕrendo |
| Rāpum | răpio | Sūmen | ſŭgendo |
| Cāſeus | cŏĕundo | Vīres | uĭreo |
| Tōtus | tŏt | Fōmes | fŏueo |
| | | Cēritus | cĕrere |
| | | Sēcius | ſĕcus. |

Iā & mediæ quocꝫ ſyllabæ in deriuatis cogno ſci facile poſſunt, obſeruata primitiuoꝝ rōne. Vt in Cæſăreus ă breuē agnoſcis, nā Cæſăris alterā à fine breuiat. Contra uxōrius ō produ cit, nā & uxōris longa penultima dicimus. Sic ſanguĭneus, ſanguĭnolētus, fulmĭneus arbŏre us aliaćꝫ è Thematū flexu æſtimabis.

Cōpoſi-
tio. 1

¶ De Compoſitione.

Ipſa ſuū ſimplex coëuntia iure ſequuntur.
Quod ſi forte tibi primaria ſyllaba uerbi
Sīplicis ignota eſt, te cōpoſitura docebit.
Ponere p̄pono notat, et conducere duco.
Fit breue compoſitum perſæpe ex ſimpli-
ce longo.
Agnitus hoc monſtrat, cum pronuba, &
innuba, lector,





Deierat a iuro, ſic inſio, ſuffio cedunt.
I breuis in medio eſt uelut armĭger. Exci- 3
pis inde
Qualicūcꝫ & ubīcꝫ tamē, nec p̄ſtat ibīdē,
Quanticuncꝫ, etiā plerīcꝫ, tibīcen, utrīcꝫ.

¶ EXPLANATIO.

Cōpoſita imitant natura ſuoꝝ ſimpliciū. Etiā- 1
ſi cōpoſitio uocalē ſimplicis mutet, ut ăgo, redĭ go, adĭgo. Vnde prima ſimplicis quanta ſit, è cōpoſiti tono deprehendes, ut præpōno acuta penultima, primā in pōno eſſe longā arguit.

¶ EXCEPTIO.

Longorum ſimplicium interdum compoſita 2
breuia inuenies, ut agnĭtus, cognĭtus, à longo participio nōtus.
Pronŭba, & innŭba, à uerbo longo, nūbo,
Deĭero, penultima breui à iūro.
Inſio, ſuffio, breui penultima à fio.
I, Vocalis in compoſitionis medio ſemper 3
breuis eſt, ut armĭger, peſtĭfer.

¶ Excipe,

Ibīdē, plerīcꝫ, qualīcuncꝫ, quātīcuncꝫ, Tibīcen, ubīcꝫ, utrīcꝫ. Hæc enim i, longo efferuntur.

¶ De Præpoſitione.

A præ, ſe, de, ꝓ, ſimul, e, di, lōga reponas. 1 Præ-
Cōpoſitis, dirimo tñ hinc & tolle diſertus. poſitio.

2 Ad, ſub, ab, inq́ꝫ, per, ob, re, bi, bis, con-
traria ſunto,
Ni poſitu longæ fiant, biga excipe tantũ.

¶ EXPLANATIO.

Sequentes præpoſitiones in compoſitione, & extra eam ſemper longæ ſunt à, de, di, e, pro, præ, ſe. Excipe,
Dĭrimo & dĭſertus primam contrahentia.
Illæ uero & compoſitæ dictionibus & ſeparatæ ſemper breues ſunt ab, ad, bi, ob, per, re, ſub.
Excipe bīgâ penultima longa.
Reliquas præpoſitiones è regulis generalibus, & authoritate poëtarum æſtimabis.
Re ſolet in compoſitione nonnunq̃ꝫ produci, interpoſita conſonante, ut rēlliquiæ, rēlligio, rēdduco, rēttuli, rēpperi, rēppuli.
Gn̄alibus cognoſcēdę ſyllabæ p̄ceptis tonoꝝ, etiã ratione adiungã, de qua re hi ſunt uerſus.

Accẽtus. Sæpe per accentũ quanta eſt te ſyllaba fallit.
Corpóríbus dicens, pŏ negaret, ut eſt, breue quiſquam.
Sed tu ꝑtuleris modo córpŏris, ilico noſces
Nam numerus uerbo, nimiũ ſi excreuerit ulli.
In breuiꝰ redige, aut alia hac ope nitere Lector.

¶ EXPLANATIO.

Diuerſa ſunt ſyllabę accidẽtia, Tempus & Tonus, (quē hic generali uocabulo accentũ nominat.) Quæ diuerſas quoq́ꝫ ſyllabis appellationes indunt. Temporis em̄ ratione ſyllabam aut longã, aut breuē dicimus. A tono uero acutam, grauē, aut circũflexam. Tonus acutus ſyllabam eleuat. Circũflexus morat̃ ac tardat uerius, q̃ꝫ eleuat. Grauis cõmuni dictionis tenori relinquit. Tempus autē breuem efficit ſyllabã, aut productã. Nec eædem ſemper ſyllabæ longæ ſunt, quæ ſunt acutæ. nec breues quæ tono graui efferunt̃. Verbi cauſſa. In corpóribus & Ouidius pó, & ui, acutæ ſunt, longæ non ſunt. Et uiciſsim non acuũtur oẽs longæ, ut in conátus, prima longa eſt, nec tamē acuta. Próinde uerſum componẽti Tonus ſyllabę ſequendus nõ eſt. Non enim Tonus, ſed Tempus metrorum mēſura eſt. Poteſt tamē nonnunq̃ꝫ cognito Tono ſyllabæ tēpus deprehendi, cũ non niſi pro certa Temporꝝ ratione ſyllabæ Tonis inſigniant̃. Quoties ergo Tonus ſyllabæ ambiguitatē iniecerit, ſtatim genitiuũ nominis effer, & literam flectionis characteriſticam, quãta ſit, cognoſces. Vt in corpóribus genitiuus córpŏris, tertiam à fine eſſe breuē arguit, ſic de ſanguinibus, poëmátibus, uulnéribus, & augúribus iudicabis Rurſus in ductóribus genitiuus ductoris ō longũ prodit. Illud autē perpetuo noueris quanta eſt in genitiuo declinationis formatiua, tantã in obliquis omnibus ꝑmanere.

Videor mihi hic operæ pretiũ facturus ſi Latinorũ tonorum rationẽ breuiter ſubiecero. Dictio autẽ omnis aut Monoſyllaba eſt, aut Diſſyllaba, aut Polyſyllaba. In quo diſcrimine ſeorſum de ſingulis regulas ſubijciam.

## ¶ DE MONOSYLLABIS.

Dictío Monoſyllaba oĩs acuta ẽ, ut nè árx. Præter natura longã quæ circũflectiť, ut nôs rês.

## ¶ DE DISSYLLABIS.

Oĩs dictio diſſyllaba, quæ utrãq; breuẽ habet, aut utramq; longã, aut in qua priorẽ breuem longa ſequiť, tonum acutũ habet in priore, ut Déus, uérax, ſálus.

## ALTERA.

In diſſyllabis prior natura longa, ſequente breui circumflectitur, ut râna.

## ¶ DE POLYSYLLABIS.

### Regula prima.

1 Penultima natúra longa, ſequente breui circumflectitur, ut Românus, Octauiânus.

### ¶ Altera regula.

2 Eadem in polyſyllabis poſitione longa acuitur, ut contémptus.

3 Q. ſi uocalẽ natura breuẽ in penultima ſequeť ex muta liquidaq; poſitio, ea poſitione nõ impedieť, ſed iuxta ſequentẽ regulam ſortietur tonum.

### ¶ Regula Tertia.

Penultima in polyſyllabis breui exiſtẽte tonus acutus in ꝓxime ꝑcedentẽ i, á fine tertiã tradu-



ciť, ut Dóminus, látebræ, muliebris, Ténebræ.

### ¶ De tonis ergo Latinis breuiſſime ſic habeto.

Oẽm Monoſyllabam acui ꝑter natura longã, quæ circũflectiť. Similiter diſſyllabarꝫ uocum priores acuto ſemper efferri, niſi eædẽ ſint natura longæ breuibus ſequentibus, tum em̃ cir-
In polyſyllabis penultima (cumflectũtur.
natura longa circũmflectitur. Eãdem poſitiõe longa acuto pronuntiatur. Breuis penultima acutum reijcit in proxime præcedentem.

### ¶ De declinationibus Regula.

Declinatio.

Híc, ubi ſe rectus reliquis in caſibꝰ auget,
A¯ longũ, ẽq; ſcies, ſimul õ ſic ꝓfer eãrum,
Muſãrꝫ, quõrꝫ, dominõrꝫ, ſicq; diẽrum.
V˘ breuis, ĭq; manẽt, uerŭbus grauĭbusq;
notabunt.

### ¶ Explanatio.

A, e, & o, in primæ, ſecũdæ, & quintæ declinationis obliquis, qui nominatiuũ ſyllabarꝫ numero excedunt, producunť, ut Muſãrum, Dominõrum, diẽrum. V, uero & i, in obliqs Nominatiuũ ſyllabarꝫ numero uincẽtibus, breues ſunt, ut uerŭbus, artŭbus, ignĭbus.

### ¶ De Vocalibus in caſuũ incremẽto cognoſcendis. De A.

Alís us ín neutro producitur, adijce naris
Oĩbus ar neutris, Cũ maſcula corrípianť.

Sed iubar, & nectar, uel epar. Salis exci-
pe ab illis.

¶ EXPLANATIO.

A,in obliquis neutrorꝫ al,& ar,deſinentiũ,pro ducit.ut animālis,puluināris penult.lōga. Ex- cipe lubăris,nectăris, epăris,ſălis quæ penulti- mā corripiunt.Simili terminatione Maſculina in obliquis ă,breue habent,ut Cæſăris.produ citur nāris. ¶ As, An, Ax.

Præter Anas ꝓducis ab as , ubi caſus ab- (undat.
Sic pietas pietātis habet,ſed
ădis breue perſtat.
An longũ,ſed & ax,proferť caſibus iſtis.
Dropacis hinc, facis atque abacis Corax
tamen aufer.

¶ EXPLANATIO.

Quæ nominatiuũ an,as,& ax,finiunt,in obli- quis ā,extendunt,ut Tītānis, pietātis, audācis. Excipe ab as,terminatione Anas,& quæ geni- tiuos per adis faciũt,ut anătis,pallădis ă breui. Ab ax,deme dropăcis,făcis,abăcis, corăcis pe- nultima breui. ¶ De E.

El,en,es,tendis,paries,aries,ſeges,& pes,
Et teges,& teres atqꝫ abies,& præpes,he- (besqꝫ,
Interpresqꝫ,Ceres,quibus
omnibus eſt breuis uſus.



Ni gregis exciperes , ex longum ( ut re-
gis ) haberes.
Er,breue cōpies. Ver lege excedit ab illa.
Et qbus ad Latios, eris transferť ad ηρος.
Vt pāther,Crater,ſec⁹ eſt ubi dixeris aĕr.

¶ EXPLANATIO.

Noia in el,en,et es,ſi e,in obliqs retineant,eam longant,ut Daniēlis,Sirēnis,ſplēnis,hærēdis. Aliter aũt quæ ex his terminatiōibus e,in obli- quis mutāt.ea em̃ penultimā corripiũt, ut nu- mĭnis,Tibicĭnis,milĭtis. ¶ Excipe ab es, Parietĕtis,ariĕtis,ſegĕtis,pĕdis,tegĕtis,terĕtis,abi- ĕtis,præpĕtis,hebĕtis,interprĕtis,& cerĕris,q̃ e, uocalē in obliquis ſeruatam contrahunt. E,in obliquis nominũ in ex,longa eſt, ut Rex rēgis,lex lēgis.Excipe grĕgis priore breui. Noĩa in er, obliq̊s uocali breui augent, ut ag- gĕris,carcĕris.Excipe Vēris & quæ apud Græ cos ηρ finiũt,ut κράτηρ quę in obliquis ē,lon- gam habent. ¶ In.

In,quoqꝫ producunt,delphīnis ut. & Sa-
laminis.
Is breuiť creſcit,Longo monoſyllaba fine
A lapis ut lapidis,ſic lis fit mobile litis.

¶ EXPLANATIO.

Quę in,finiũt i,in obliqs,ꝓduciũt,ut delphīnis.

Nomina in is obliq̄s uocali breui augēt,ut la-
pĭdis,cuſpĭdis penultima breui. Excipe,
Monoſyllaba, ut lis litis, & Gentilia Quirītis,
Samnis Samnītis penultima longa.

¶ Ex, ix.

Ni gregis exciperes, ex longum (ut re-
gis) haberes.
Ni etiam (ut ſilicis) mutetur littera uoci.
Adiectiua per ix,nec nō muliebria tende:
Præter onix,hiſtrix,pix.Nix,natrixqꝫ, ſa-
lixqꝫ, (gis adde.
Coxendixqꝫ, filix, laricis, ſtygis, & ſtry-
Maſcula p̄terea ꝑducta ſequētia. Maſtyx.
Phœnicis,bōbix.Coix,ſpadixqꝫ,ſādixqꝫ

¶ EXPLANATIO.

I,in obliquis nominū ex finientiū breuis eſt,ut hilex,remex,codex,hilicis,remigis,codicis penultima correpta. Adiectiua in ix.Similiter & fœminina genitiuos ſuos i,longa augent, ut felīcis,nutrīcis. Excipe,
Onix,hiſtrix,&c̄. quæ penultimā genitiui corripiunt. Maſculina in ix,breuiant genitiuos, ut calĭcis. Excipe,
Phœnicis, Bombicis, ceïcis, ſpadicis, ſandicis. Maſiygis penultima longa. De O.

Dæmonis ŏ breuiat, præter pene hoc, le-



gis ōnis.
Fœmina,Mas,Commune,ſimul non pro
pria, produc
Or ꝗbus accreſcit. Deme indecor,& me-
Rhetŏris ŏ breuis ē.Neu- (mor,arbor.
tris propriȷ̄sqꝫ notatis.

¶ EXPLANATIO.

O,ante n,in obliquis tertiæ declina. producit, ut ſermōnis. Excipe deriuata,ut dæmon,Canon,dæmonis,Cánonis.Et Gentilia,ut Macedŏnes,teutŏnes ŏ breui. Ab or,obliqui creſcunt ō longa,ut honōris. Excipe,arbŏris,indecŏris,memŏris. Et cōpoſita á corpus,ut tricorporis. Item græca,ut Rhetŏris. Et neutra propriáqꝫ omnia quæ ŏ in obliquis corripiūt.

¶ Vs, Vr.

Si q̊d ab u,recti creuit,breuiabit ŏ ſemp.
Sic pecus hoc pecoris,ſic eſt ebur, & bre-
ue corpus.

¶ EXPLANATIO.

Quæ u,noīatiui per obliq̊s in o,mutāt,eadem ŏ corripiūt,ut corpus corpŏris,robur robŏris.

¶ Obs, ops, os, & ox.

Obs ſcrobis.Ops inopis,pauciſſima cor-
ripiuntur.
Cappadocis p̄ter,bouis & creſcētia p̄cox

Longum erit os,ſimul ox,ſic moris,ſic lege uocis.

¶ EXPLANATIO.

Nomina in os,& ox,in obliquis ō,longa creſcunt,ut flōris, uōcis. Excipe Bŏuis, Cappadŏcis,Celŏcis,præcŏcis penultima correpta.

¶ De V.

Vtis ab us creſcens,nec non ꝓducit̃ udis.
Dictio in ux patrio longa eſt,Monoſyllaba præter.
Lux tamen hinc demis,ſed in ur,correpta manebunt.
Vt ligur,ut turtur,ſine fur tñ eſſe ſeorſum.

¶ EXPLANATIO.

In us,noia quæ u,in obliquis retinẽt, eandem extendunt pecus pecŭdis habet penulti. breui. Ab ux,genitiui penultimā ꝓducunt,ut pollux pollūcis. Excipe monoſyllaba, ut nux nŭcis, trux trŭcis prima breui.Lūcis tamen priorem producit. In ur,corripiunt ŭ,in obliquis,ut ligŭris,Fūris priorem habet longam.

¶ De Declinationibus.

Ordinibus cũctis Genitiuis lõgus habet̃.
Is Breuis eſt terni.Prolixũ pone datiuum
Pone ablatiuũ.Sed e tertius excipit ordo.
Plurali rectus cumq; accuſante Vocator.



Longus erit. Quanquam eſt neutris breuis omnibus uſus.
Caſibus is longum eſt. Sed bus breue pone duobus.

Hactenus de nominum quantitate generatim cognoſcenda dictum eſt. Nunc paucis uerborum conſtitutiones attingam.

¶ De præteritis Verborum.

Sto, fero, ſcindo, bibo, do, findo, collige raptim.
Pręterita in primis. Alias diſſyllaba ꝓduc.
Pręteriti gemīata breuis, ſtat ſyllaba ſemp.

¶ EXPLANATIO.

Omne præteritũ diſſyllabum priorem producit,ut uīdi,lēgi,uēni. Excipe ſtĕti,tŭli,ſcĭdi,bĭbi, dĕdi,fĭdi,quæ priorem corripiunt.

Præterita omnia primam ſyllabam geminantia,eandem corripiunt,ut pŏpoſci,cĕcidi,dĭdici,pŭpugi.

¶ De Supinis.

Sumis itũ lector, q̃o cũ ſero,ſtoq;,ſinoq;.
Et lino,cũq; citũ,ruo,do,reor,oẽ duarũ.
Tẽde ſupinũ alias,et ab hoc q̃cũq; creant̃.
Huc tamẽ accitus,ſtaturus longa notabis.
Ambitusq; ſimul,quibus excitus ſociat̃.

¶ EXPLANATIO.

Diſſyllaba ſupina omnia priorem longam habent, ut lūſum, uīſum. Extra hæc.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Quitum | | queo |
| | Statum | | ſto |
| | Satum | | ſero |
| Quorū primæ breues ſunt, | Situm | | ſino |
| | Litum | à | lino |
| | Citum | | cieo, es, ēre |
| | Rutum | | ruo |
| | Ratum | | reor |
| | Datum | | do |

¶ CANON.

Supinoꝝ naturā ſequunt̃ omnia participia & uerbalia ab illis deducta. Hinc deme ſtāturus prima longa, & ambītus media, ꝓdu. à ſupinis breuibus. Excītus ac accītus penultimā protrahūt, quæ è quarta cōiugatiōe difluxiſſe uident̃. Nā & cieo, & cio cis cire ueteres utroqꝫ ordine declinabāt. Hęc de p̄teritis ac ſupīs diſſyllabis.

In reliquis p̄ſens hæc tp̄a cuncta ſequunt̃.
Sic cŏlo dat cŏlui, ſic uerbum ămo format
ămaui.
Tolle tamen potui, genui ex illis, poſuiqꝫ.

¶ EXPLANATIO.

De diſſyllabaꝝ primis uidimus. Reliquoꝝ uero præteritoꝝ, ſupinoꝝ itē ac prorſus omniū temporꝝ primæ ſyllabæ, p̄ſentis primā adeoqꝫ



ſui thematis naturā ſequunt̃ Præter gĕnui, pŏtui, cŏēgi, pŏſui, quæ à præſentibus longis deducta, ipſa primam breuiant.

A quo deflexum recto redducitur iſthuc
Sic lĕgo fit lĕgerem, lēgi lēgiſſe parabit.
Præteritū ſua nāqꝫ tenet, ſua tp̄a præſens.

¶ EXPLANATIO.

In omni flexu uocū obliqui naturā ſequūtur eiꝰ Thematis ex q̄ fluūt. Vbi notabis duplicia eſſe in illis uerbis Themata, in ꝗbus è p̄ntibus breuibus Pręterita diſſyllaba longa fiunt, ut à uĕnio ueni, à lĕgo lēgi, fugio fūgi. Vbi alteꝝ eſt p̄ntis Thema, & p̄teriti alterū. Vtrūqꝫ autē ſua habet tp̄a quæ thematis naturā imitent̃. Vt à lĕgo lĕgebā, lĕgam, lĕgerē, lĕgere & omniū modorū præſentia imperfecta præterita & futura primā breuem trahūt. A p̄terito lēgi, lēgeram lēgiſſem, lēgerim, lēgero, lēgiſſe. Omniū modorum præterita & futurū etiā Subiūctiui primā longam mutuant̃. Quæ cuiqꝫ themati accēſeas tempora uulgati docent uerſiculi illi,

Præteriti primū de ſe dat tempora quædam
Ram, ſſem, rim, ro, ſſe. Formabit cætera p̄ſens.

¶ De excreſcentijs uerborum.

Eſt etiā ut uideas, quo creſcāt ꝟba tenore.
Dū lĕgeris, ꝓfers, & dū tu deinde lēgeris.
Dū ſequerer ſeq̄reris ais, multū inter in il-

lo eſt. ¶ Explanatio.

In iudicandis uerboꝝ medijs ſyllabis multū te
cōiugatiōis natura adiuuabit, ut ſcias ā primę
coniugationis indicē per oēm flexū eſſe longā:
ē,ſecūdæ longā,ĕ,tertiæ breuē,& ī,quartæ lon-
gam.Iam ā,alioqui in incremētis uerboꝝ pro-
ducit,ut iubeāmus,legāmus,audiāmus. Simi-
liter ē in incremento extendit,ut amēmus,legē-
mus,audiēmus,legēbam,ueniēbā. Sic in paſſi-
uis amēris,amarēris,legerēris,audirēris,docerē-
ris,amauērunt,legērunt. Excipe,
Deriuatiua á præterito perfecto indicatiui in
quibus e,præcedit literam r, ut amauĕram le-
gĕram,amauĕrim legĕro, &c̃. Sic in futuris in
bor,ut amabĕris,docebĕris.Et in Optatiuis a-
ctiuoꝝ coniugationis tertiæ , ut legĕrem,legĕ-
res,legĕret, & in tertia ꝑſona plurali legĕrent.
Similiter in ſecūdis perſonis paſſiuoꝝ præſen-
tis indicatiui,ut legĕris,legĕre.

¶ De I.

I,breuis in tertia eſt,quarta hanc inflectio
profert.
Sic legĭmꝰ,uulgo dicūt, ſic deinde ꝑīmus.
At ui præteritū ſemꝑ productilis eſt uox.
Audiui exēplo eſt,q̄ſiui & lector amaui.
Lōga uelim ſimq; i,faciūt,ſic ꝟte uelimꝰ.
Paſſim alibi breuis ē,cremētis iſta ſecūdis.



¶ EXPLANATIO.

I,in uerborum medijs ſyllabis corripitur,ut le-
gĭmus legĭtis. Nota longam quartæ Coniuga
tionis characterem,ut audīmus,audīres.
I,in p̃teritis indicatiui u,conſonantē pręcedens
extendit,ut cupīui audīui,cupīuerā cupīuero.
Primæ ꝑſonæ plurales p̃teriti indicatiui in o-
mni coniug.penultimā contrahūt,ut légĭmus,
amauĭmus, doc´uĭmus, audiuĭmus, uénĭmus.
Primæ & Secundæ ꝑſonæ plurales p̃teriti ꝑfe
cti Subiūctiui in omni coniugatione i, penult.
corripiūt,ut amauérĭmꝰ amauérĭtis, legérĭmꝰ,
audiuérĭmus. In futuro ſubiūctiui eædē longæ
ſunt,ut amauerīmꝰ amauerītis,legerīmus,&c.
Sum & uolo cum cōpoſitis i,producūt, ut ue-
līmus,ſīmus,poſsīmus. In ſupinis à præteritis
in iui,longa eſt i,ut cupītum,quæſītum.

¶ O, & V.

O ſemꝑ lōga eſt.Breuis u,creſcētibꝰ aſtat.
Poſsŭmus ut dicas,legitōte.Et talia cūcta.

Iam q̊d ſupra de noibus admonui,q̄tenꝰ in
æſtimāda ſyllabę quātitate ſequi tonū debeas,
idē in uerbis ſpectabis.Nā ſi penultimā accen-
tus occupabit,éadem ꝓducet,ut amauerāmus,
legerēmus.Sin tertiā à fine accētus inſederit,pe
nultima corripiet,ut amábĭmus, légĭmus. Sic
añpenultimā cognoſces,ſi reſecta ultima,ex ea
feceris penultimā, ut amáuimus amāui,legĕri-

mus legĕrim,docĕremus docĕrem, legĕretis le-
De primis mediisq́ꝫ ſyllabis partim (gĕret.
cognoſcēdis,quantū cōſulto p̄cipi poſſe mihi
uiſum eſt gn̄atim tradidi.Quę uero his gn̄ibus
cōprehendi non poſſunt,eas uſu, atqꝫ authori-
tate poētarum arbitraberis.

¶ De ultimis ſyllabis, A.

A fini longū eſt,ſed caſus corripit illud.
Extra ablatiuū.Graioqꝫ ex noīe quintū.
Vltra, ita,uel quia, cum fruſtra , puta, mi-
xta leguntur.
Longa tamen crebro: ginta cōiter exit,
Qui finit nūer⁹:Breue q̄drigēta manebit.
Et ſi q̊d ſimile eſt,toties hæc regula fallit.

¶ EXPLANATIO.

Nominū uerboꝵq́ꝫ fines plerūqꝫ è declinatio-
nibus æſtimari poſſunt. A in dictionis fine
ſemꝑ longa eſt.In noībus tn̄ ſemꝑ breuis, exce
pto ablatiuo declin.primæ,& uocatiuo gręco
in a. Excipe itē ultra,ita, q̲a, fruſtra,puta,quæ
in fine a ancipitem habent.Numeralia in ginta
ultimam cōem habent.In genta corripiunt.

¶ E.

E breuis ē. Gręcis muliebria lōga ferunt̃.
Sic quæ o finito ueniunt aduerbia caſu
Deducta ut pulchre,Lōgoqꝫ ē v̂ba ſcd'æ.





Cū quare,ꝓduc,fermeqꝫ, fereqꝫ,fameqꝫ.
Et Monoſyllaba.Sed ne breuis, dúm con
notat an,fit
Nūc ſt̃ lōga uale caue,nūc correpta legūt̃.
Quint⁹at in gręco, cū ſexto lōgus habet̃,
Dic bn̄dic male,et huc gn̄alia coger̃ dicta.
Partim ita longa uides , aduerbia, raptaqꝫ
partim. ¶ Explanatio.

E,uocalis dictionem terminans breuis eſt. Ex-
cipe, Fœminina græca,ut Penelope.
Monoſyllaba, ut ſe, te, me, ne prohibendi.Ne
em̄ breue eſt,cum an ſignificat. Imperatiui
cōiugationis ſecūdæ longi ſunt,ut iubē,docē.
Aduerbia ab adiectiuis ſecūdæ declinatiōis,ꝓ-
ducunt̃,ut doctē,pulchrē.Sic ferme,fere,quare.
Bene & male,ſæpe pene,mane,ĕ,breui finiūt.
Vale & caue ultimam habent communem.
Ablatiui declinatiōis q̲ntæ,ꝓducunt̃, ut diē,fa-
Vocatiui græcoꝵ nominū,& quo- (ciē.
rundam ablatiui in e,producunt̃,ut ab Ariſto-
telē.

¶ I.

I, produc. Pari corripit̃ ſimileſqꝫ cadētes.
Phillidi nō ſec⁹ ē. tibi cū mihi ubiqꝫ ſibiqꝫ.
Et niſi deide quaſi uel ibi cōmunia ſunto.

¶ EXPLANATIO.

In fine dictionū i,longa eſt,ut ſciui,uidi.Excipe
Vtōs græcos, ut parĭ, Colchĭ. Et dtōs græcos

nominũ as,& is,finientiũ,ut palladĭ,phillidĭ.
¶ Cõmunia ſunt hæc, Mihi,tibi,ſibi,ubi,ibi.
Et indeclinata,ut gũmi. Niſi & quaſi,uſitatius
corripiuntur. ¶ O.

O uaria eſt cunctis, ſed eunt Monoſylla-
Ponis in hanc etiam (ceu (ba longo.
uero ) aduerbia normam.
Mutuo,crebro, cito, ſero, ſedulo, in anci-
llico contrahit̃,ſemꝑ mo- (piti ſunt.
do corripiet̃. ¶ Explanatio.

In o Monoſyllaba producuntur, ut do. Poly-
ſyllaba cõmunia ſunt,ut ſcribo,ſermo.
Aduerbia fere lõga ſunt.Ex his cõmunia ſunt,
qñ,mutuo,ſedulo,crebro,ſero,cito.Breuia ili-
cŏ & modŏ. Breuia ſunt nomina quæ apud
Græcos ων, finiunt,ut Leo,Thraco,Apollo.

V. V,longum eſt,nihil hinc demis,ſic collige
cornu. ¶ B, D, M, T.

In b,d,m,t,breues cũctos poſuiſſe uidẽus.
Sæpe tamen miror t,produxiſſe Poëtas
Naſo refert.cũ uoce abĳt,ego.Iuniꝰ inqt.
Magnꝰ ciuis obit, & formidatus Othoni.
Siue lʒ doctis, ſiue hoc ita ſyncopa poſcit.

Explanatio. In b,d,m,& t,finita comperiunt̃ . Poëtæ inter-
dum t,producunt,maxime autem in pręteritis
Syncopa conciſis,ut abiīt,audiīt,petiīt.

C C, qbus eſt ꝑduc. Nec erit breue,lac bre-
ue donec.



Hĭc uariũ eſt caſu,ſed fac q corripis audes.

¶ EXPLANATIO.

In c,finita producuntur,ut fāc,dīc,dūc,hīc.
Lăc,nĕc,donĕc breuia.Hic,ꝓnomẽ anceps eſt. Excipe,

L,breuit̃ pones,nil,ſol,ſi exceperis inde. L.
Oĩa in n,tẽdis. Sume hoc ex ordĩe forſan. N.
Et tñ exin,& in,uidẽ,an, Creſcenſqꝫ ſcd'o
In caſu nomen,ſic pecten pectinis auget.
Cum ſyren capis hinc hymen. Productus
Rectus.In in,quartus bre- (in in,ſtat.
uis eſt,ita tygrin habebis.

¶ EXPLANATIO.

In n,finita ꝓducunt̃,ut pæān,hymēn,delphīn.
Forſăn,forſităn, tamĕn,ĭn,éxĭn, uidĕn ăn,bre- Excipi-
uia. Et in En,quoꝶ genitiui uocali breui cre- untur.
ſcunt,ut pectĕn pectĭnis,flumĕn flumĭnis.
Nominatiui & actĩ in on,per o paruũ,corripi-
unt̃,ut Peliŏn, caucaſŏn.Et actĩ in in,ut alexĭn,
Tigrĭn. Accuſatiui in an à nominibus in a, ut
Æginăn. Nam ab as,producunt̃,ut Æneān.

R,correpta uenit.Crat̃.ętherqꝫ,character, R.
Aër,nar,uer,ꝑ,& ab hoc fit mobile ſi q̃d.

R,finita breuia ſunt,ut amŏr,calcăr. Excipe Expla-
quæ apud Græcos ηρ, finiunt, κράτηρ, cratēr, natio.
aēr,ibēr,panthēr. Et Monoſyllaba,ut cūr,
uēr,lār,fār,nār,pār cum compoſitis.

Oĩbus as,longũ eſt. Secus eſt ubi lãpadas As.
inquis. 

Pallas & Arcas, & in grais q̃ talia multis.

¶ EXPLANATIO.

As finita longa ſunt, ut bonitās, muſās, amās.

Excipe, Nomina græca in as, quorum genitiui adis faciūt, ut pallăs palladis. Et Accuſatiuos græcos in as, ut heroăs, Garamantăs. ¶ Es.

Es longū uates poſuere. Vbi patrius auget
Se breuiter caſus (miles uelut eſt) breuiat.
Inquies, es uerbū, penes, & pluralia græca.
Aſt aries, paries, abies, lege lōga Cereſq;.
Reſq; fides et ſpes, cū pes, bipes inde tn̄ ſit.

¶ EXPLANATIO.

Quæ es, finiūt, pducunt, ut fames. Excipiunt nominatiui græci plurales in es, ut Naiadĕs, Thracĕs. ĕs uerbū cum compoſitis, ut adĕs, potĕs. Quæ penultimā creſcentis genitiui corripiūt, ut Milĕs, diuĕs, Segĕs. Ex his tn̄ longa ſunt pariēs, ariēs, abiēs, Cerēs, Terēs. Et quintæ declinati. omnia. ¶ Is.

Is breuis, at trahimus, ſicubi gtūs abundat.
Cū lōga, ut Samnīs ſamnitis. lūge ſcd'am
Perſonam uerbi, cui declinatio quarta eſt.
Cū ſis, cūq; uel, uis & monoſyllaba cūcta.
Præter is, & quis, mis, bis, tis, quæ contra-
his uſu. ¶ Explanatio.

Is, finita corripiuntur, ut ſanguĭs, ignĭs, parĭs.

Excipe, Quorum gti uocali longa creſcunt, ut delphīs



delphīnis. Monoſyllaba in is, pducunt, ut ſis, uis. Hæc tn̄ ſequētia breuia ſunt, quĭs & ĭs Nti, tĭs, mĭs, bĭs. Datiui & ablatiui plurales in is, Et ſecundæ perſonæ ſingulares uerborum quarti ordinis producuntur, ut bonīs, audīs. Velīs, nolīs, malīs, fines extēdūt. Secūdæ pſonæ futuri ſubiūctiui longæ ſunt, ut dederīs, legerīs, audierīs, quas tamē alicubi inuenias breues.

Protrahit os finē. Sed cui genitius os oſſis — Os.
Addit excipius. Sȝ græcus i os breuis exit
Patrius. Et neutri rectus, muliebreq; nomē.

¶ EXPLANATIO.

Os finita producunt, honōs, flōs. Excipe ŏs oſſis breue. Et genitiuos græcorum nominum. Item Græca neutra in os, ut Chaŏs, & quorum nominatiui, os, habent o, paruo, ut Delŏs.

Corripiemus in us. Quæ ſunt monoſylla- — Vs.
ba præter.
Et qbus extēſum eſt, caſus finale ſecundi.

¶ EXPLANATIO.

In us, breuia ſunt, ut dominŭs. Excipe, Quæ penultimā creſcētis gti producūt, ut uirtūs, ſalūs. Et gtōs, ntōs & accuſatiuos plurales nominū decli. quartæ. Monoſyllaba in us, producunt. Hæc de ſyllabis gnatim adnotaſſe ſufficiat. nā in certas leges cogi oēs ſyllabæ uix poſſunt. Si quid adhuc deſideraueris, rectius è poëtis pe-

tēs. Nunc de ſyllabaꝝ connexione dicam.

## ¶ DE PEDIBVS.

**Pes.** Pes eſt ſyllabaꝝ cōplexio, cū certa temporum obſeruatiōe. Quemadmodū em̃ pedibus animalia gradiunt̃, ita certam quandā incedendi legem emetiuntur ſcanſione uerſus.

¶ Pedes quorum frequentior eſt apud authores uſus, ſunt uiginti octo.

Pyrrichius duabus breuibus conſtat, ut Dĕŭs υυ Qui ob concitationem à pyrriche militari ſaltatione nomen accepit.

Spondæus duas lōgas habet, ut Vērāx -- Sic dictus παρὰ τὴν σπονδὴν, id eſt, à libamine, ꝙ eo pede ſacrificantes utebantur.

**Quatuor Diſſyllabi.** Iambus ex prima breui & altera longa cōſtat, ut fĭdēs υ- παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, id eſt, ab inſectando dictus. Nam ad contumeliā inuentus eſt.

Trochæus ex prima longa & altera breui conficitur, ut māter à τρέχειν, id eſt, currendo, quia uolubilis eſt, & in quandā quaſi concitatiōem curſuri inſtar, é longa in breuem fertur.

Dactylꝰ ex prima lōga, & duabꝰ poſtremis breuibꝰ, ut dīſcĭtĕ -υυ dictꝰ à digiti ſiſitudine, quē Greci δάκτυλον uocāt, in quo itidē poſt primū articulū longum, duo breuiores ſequunt̃.

Anapeſtꝰ, q et antidactylꝰ dr̃, poſt duas priores breues, ult. longā hēt. Dictꝰ ab ἀναπαίειν. i. ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον. Id eſt, quod ſono reciproco repercutiat Dactylum.



Tribrachys, tribꝰ breuib. cōſtituit̃, ut dŏmĭnŭs υυυ dictus q̃ſi tres breues continēs, βραχὺς em̃ grecis breuis dicit̃.

Moloſſus à pondere & tarditate tres longas cōplectit̃, ut Æneas ---. Moloſſam em̃ Epiroticam ſaltatiōem uocant, Lentā et tardam, à qua nomē pedi factū credit̃. Vel à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio, cuius laudes hoc p̄cipue pede cani cōſueuerūt. **Octo Triſyllabi.**

Amphibrachys, q̃ſi utriq; breuis dicit̃. Nā int̃ p̄mā et poſtremā breues, mediā lōgā int̃ponit.

Amphimacrus, q̃ſi utrinq; lōgus. Nā int̃ duas longas mediā breuē inſerit, ut Cāſtĭtās -υ-

Bacchius pes à concitatiōe & impetu. Incipiens ex prima breui & duabus lōgis, ut furētes υ--

Antibacchius, Bacchio cōtrarius, duabus longis, & ultima breui perficit̃, ut natura --υ

Proceleuſmaticus q̃tuor breuibꝰ ſyllabis cōſtituit̃, ut ariete υυυυ. A προκελεύειν. i. adhortādo & ſuadendo dictus. Apta eſt em̃ adhortatiōi feſtinatio.

Diſpondæus pes eſt, duplici ſpondæo. i. q̃tuor lōgis cōſtans. ut peccatores ----

Diiambus, qui duobus iambis abſoluit̃, hoc eſt, qui locis imparibꝰ duas breues, paribus uero longas habet, ut beatitas υ-υ-

Ditrocheus pes diiambo cōtrarius, q parib. locis breues, imparibꝰ uero longas cōtinet, ut ſanctitate -υ-υ

Antiſpartus ex Iambo & Trocheo, id eſt, prima & poſtrema breuibꝰ, mediis longis conſtat. ut Amatore υ--υ

Choriambus ex Trochęo & Iambo conſtituitur. Idem enim pes Trochęus & Chorius nuncupatur, ut igni uomos -υυ-

**Quadriſyllabi ſedecim.**

**IONICVS.**

Minor ex Pyrrichio & ſpondęo compoſitus, ut feritati υυ--

Maior ex ſpondęo & Pyrrichio connectitur, ut admiſerat --υυ

Dicti ſunt Ionici uel ab Ionio Arcadis filio, uel ab Ionibus inuẽtoribus, apud quos frequens erat huius pedis uſus.

**PEON.**

Primus ex Trochęo & Pyrrichio conſtituitur, ut triſtitia -υυυ

Secundus ex Iambo & Pyrrichio, ut uiriliter υ-υυ

Tertius ex Pyrrichio & Trochęo cõponitur, ut ualetudo υυ-υ

Quartus ex Pyrrichio & Iambo conſtat, ut celeritas υυυ-

Dictus eſt autem Peon, uel ab inuentore, uel ab Apolline, cuius laudes hoc metri genere decantabantur.

**EPITRITVS.**

Primus ex Iambo & Spondęo combinatur, ut repertores υ---

Secũdus ex Trochęo & Spondęo cõpoſitus eſt, ut impudico -υ--

Tertius ex Spondęo & Iambo, ut inſaniunt --υ-

Quartus ex Spondęo & Trochęo cõſtituitur, ut inuentore ---υ



Nomen habet Epitritus, quod ſemper ſupra tertiam ſyllabam accedat quarta à tribus alijs quantitate differens.

¶ De Carminum appellationibus.

Primã appellationẽ Carmen à ſyllabarũ uel defectu, uel ſupfluitate accipit. Nam Catalecticũ carmẽ uocãt, in q̊ una deeſt ſyllaba. HYPERCATALECTICVM, in quo una redũdat. BRAchicatalecticũ, quod duabus ſyllabis, aut integro pede deficit. ACAtalecticũ, q̊d ſuis abſolutũ numeris in nullo redundat aut deficit.

¶ AB INVENTORIBVS.

Alterã habet appellationẽ Carmen ab inuẽtore, q̊modo Sapphicũ, Pindaricũ, Aſclepiadeũ, Gliconicũ, à Sappho puella, Pindaro, Aſclepiade & Glicone, & ab alijs alio nomine appellamus, qui aut inueniſſe primitꝰ ea carminũ genera, aut his multũ excelluiſſe perhibent.

¶ A PEDE PRÆDOminante.

Sed et pncipalis in carmine pes, illi de ſuo noie appellationẽ indit. Sic ubi Dactylꝰ potiores in carmine ptes occupat, Dactylicũ uocamꝰ. Q d' crebris incedit iãbis, ab illis Iambicũ dicit. Ita à Spondęo, Anapęſto, Choriambo, atq; alijs pedibus, Spondaicũ, Anapęſticũ, Choriambicũ, aliaq; carminũ nomina antiquitas deſumpſit.

¶ A NVMERO PEDVM.

Accedit nomẽ carmini & à pedũ numo. Nam Monometra nũcupant binis abſoluta pedibꝰ,

& Dimetra quę pedibus q̃tuor conſtãt. Trime
tra, quæ ſex, & Tetrametra, quæ octo pedibus
pficiunt. In q̊ illud nõ ab re admonuerim, uer-
ſꝰ quidẽ in pedes ſingulos diſtingui debere. In
Iambicis tñ & Trochaicis ob pedũ breuitatẽ,
duos pedes in unũ quaſi ſonũ cõiectos ꝓ uno
reputari, In Dactylicis & q̃ latioribus ſunt pe-
dibus. Hexametrũ dicitur, q̊d ſex pedibus con
ſtituitur. Pentametrum uero quinqꝫ.
Veteres alias itẽ diuerſis ex cauſſis appellatiões
indiderũt, ut Heroicũ, Pythiũ, Adonicũ, à dijs
quorꝫ laudes eo carmine celebrarent. Lyricũ,
quod ad lyram decantari conſueuerit.

¶ De Carminibus ſpeciatim.

Heroicũ carmẽ dixerũt, quo regũ res geſtæ, &
De Heroico. grãdia magnorꝫ ducũ facta deſcribũt. Hoc ſex
locis ſiue regiõib. cõſumit, ob idqꝫ Hexametrũ
dr̃. In primo, ſcũdo, tertio, & q̃rto ꝓmiſcue, uel
dactylũ, uel Spondęũ admittit. In q̃nto ſolũ da
ctylũ, in poſtremo ſolũ Spondæũ. Trochæum
tñ interdũ recipit, propter ultimã ſyllabam in
omni carmine exlegem & indifferentẽ. ut

Vĭrtūtēm, pŏſŭērĕ dĕī ſūdōrĕ părāndăm.

¶ DE PENTAMETRO.

Pentametrũ q̃nqꝫ pedibus ſeu regionibus con
ſtat, cuius primã & ſecundam regionem, aliâs
Spondæus, aliâs Dactylus occupat, poſt duos
pedes ſyllaba longa remanet. In tertio & q̃rto
loco ſolus dactylus recipit, & rurſus in fine uni



ca eſt ſyllaba, quæ cum alia remanẽte quinti pe
dis rationem obtinere uidetur. ut

Cēdĭt ămōr rēbūs rēs ăgĕ tūtŭs ĕrĭs.

Alia pentametri ſtructura eſt, ut ſit in primo &
altero loco uel dactylus, uel ſpondęus. In tertio
ſolus ſpondęus, in q̃rto et q̃nto Anapęſtus, aut
in fine Tribrachus propter exlegẽ ultimam, ut

Cēdĭt ămōr rēbūs rēs ăgĕ tūtŭs ĕrĭs.

¶ DE SAPPHICO.

Sapphicũ Endecaſyllabon eſt, quinqꝫ regioni-
bus abſolutũ. Habet aũt ſingulis regionib. cer
tos & imotos pedes. Primã Trochęus obtinet,
Alteram Spondæus, Dactylus tertiam, quar-
tam & poſtremam Trochæus ſolus, niſi ulti-
ma indifferens Spondæum efficiat, ut

Intĕgēr uitē ſcĕlĕriſqꝫ pūrŭs.

¶ DE ADONICO.

Adonicus uerſus dictus ab Adone inſignis pul
chritudĩs puero & Veneri adamato. Duobus
pedibus, uno Dactylo & altero Spondęo con
ſtituit, dum tñ illud meminerimus, ob ultimã
ſyllabã Spondæũ Trochęo cõmutari poſſe, ut

Tē dūcĕ Cæſăr.

¶ DE PHALÆTIO.

Phalętium à Phalętio nomen accepit, qui hoc
carminis gñe Cereris laudes celebrauit. Penta
metrũ eſt primo loco Spondæum admittit, Al
tero Dactylum, Tertio & quarto Trochęum,
In quinto uel Trochæum uel Spondæum, ut

Lūcī glōrĭă tēmpŏrūm tŭōrŭm.
Primo loco interdū Iābus aut Trochæus pro Spondęo aſciſcit. ¶ De Aſclepiadeo.

Aſclepiadeum à pede principali Choriambicum dicit̃, cuius primã regionē Spondęus tenet, alterã & tertiã Choriambus, quartã uero Pyrrichius aut etiã Iambus claudit, ut

Crēſcēntēm ſĕquĭtūr, cūră pĕcūnĭăm.

## ¶ DE GLICONICO.

Gliconicū cōſtat Spondęo uno & duobus Dactylis, ut Māgnās ĭnter ŏpēs ĭnōps.
Vbi ultima ex lege ſua licentia poſtremū Amphimacrū facit. ¶ De Iambico.

Iambicū carmen ab Archilocho inuētum eſſe Horatius teſtat̃: Archilochū (inquiens) ꝓprio rabies armauit Iambo. Quod olim ſolis Iābis ꝑficiebat̃. Nunc v̄o poëtaꝝ licētia obtinuit, ut ꝓmiſcue q̄buſdã locis, maxime imparibus, etiã Spōdęo, Dactylo, Tribracho & Anapęſto pateat. Dactylū quidē & Tribrachū locis oībus admittit, p̄ter poſtremū. Spondęū aūt & Anapęſtū locis tm̄ imparibus. Quanq̃ eos q̊q; alicubi apud Comicos ſecundo aut q̄rto loco reperias Ita nullū eſt iã carmen Iābico ſolutius.

¶ De uarijs Iambici Carminis gn̄ibus.

Huius multa ſunt gn̄a. Alterū eſt Dimetrum quatuor cōſtans pedibus. (Nam ſupra admonuimus in Carmine Iambico binos pedes, ob breuitatē pro uno reputari) q̊d cōmendatiſſi-



mum eſſe ſolet, ſi ſolis Iambis ꝑficiat̃. Locis tn̄ imparibus etiã Spondæum recipit. Quo gn̄e multi hymni Eccleſiaſtici contexuntur, ut

Vĕnī rĕdēmptōr gēntĭŭm.

¶ De Iambico Trimetro.

Alterū eſt Trimetrū ſex Iambis decurrens, q̊d ipſum etiã Spondęū in locos impares adſciſcit. Imò uero quēuis pedē (ex his q̊s inter Iambos ſibi locū uindicaſſe dixi) quouis fermè loco à Comicis adhibitū inuenies. Nã hoc potiſſimū gn̄e Comœdiæ & Tragœdiæ ſcribunt̃. Hunc uerſum à pedū numero ſenariū uocant. Vt

Bĕātŭs īllĕ qūī prŏcūl nĕgōtĭīs. *Horatius*

¶ De Scazonte Iambico.

Iam uero ſi uerſum Iambicū trimetrū, ſeu Trochęus ſeu Spondęus terminet σκάζοντα. i. claudicantē nuncupant, In quo gn̄e maxime cōuenit in quinto ſemper Spondęū adhiberi. Vt

Nōn fōntĕ lābră prōlŭī căbāllīnō. *Perſius*

Apud Comicos uerſus Iambicos nōnunq̃ ſeptenis, nōnunq̃ octenis pedibus inuenies. Vt
Pēcūnī' in lŏcō nĕglĭgĕrĕ māxĭm' īntērdū' mſt lŭcrūm. ¶ De Anapęſtico.

Anapęſticū carmen Spodęus, Anapęſtus, Dactylus, & rurſus Spondęus ſeu Trochęus abſoluunt. Vt -- ∪∪- -∪∪ --

## ¶ DE TROCHAICO.

Trochaicū Dimetrū eſt q̄tuor abſolutū Trochæis. Vt Cōrdĕ nātŭs ēx pārēntĭs.

Sed illud quoq; locis imparibus Dactylum & Tribrachũ, paribus uero Anapęſtũ admittit.

¶ De Archilochio Heptametro.

Archilochiũ Dactylicũ Heptametrũ, Carmen prioribus q̃tuor regionib. ꝓmiſcue, aliàs ſpondęũ, aliàs dactylũ aſſumit. Tres ſequentes ſolus Trochęus occupat, uel poſtremã Spondęus, ut

Pāllĭdă mōrs æquō pūlſāt pĕdĕ paūpĕrūm tăbērnās.

¶ De Ionico à minore.

Verſus Ionicus à minore Trimeter eſt, qui pede Ionico minore ter repetito cõſtituit̃, q̃ carminis genere Horatius hac Ode ſemel uſus eſt, ut

Mĭſĕrārŭm ēſt nĕc āmōrī dărĕ lūdūm.

Hæc de Carminum generibus.

¶ De permixtione Carminum.

Solent Authores nõnunq; diuerſorꝫ generum Carmina inter ſe cõmiſcere, unde illud q̊d per omnia ſui ſimile eſt, & uno uerſuũ gn̄e abſoluitur, μονόκωλον. i. unimẽbre appellarunt. Dicolon autẽ Diſtrophon uocant q̊ties duo genera confundunt̃, et poſt alterũ diuerſi gn̄is uerſum, ad primum fit reuerſio. Tale eſt Elegiacum ex pentametro et exhametro cõflatũ. Elegia olim q̊d & nomẽ indicat, ſolis rebus triſtib. adhibebat̃, nũc cuiuis hominũ affectui ſeruit. Dicolõ Tetraſtrophon eſt, cũ poſt tres ſimiles uerſ9 genere differẽs adijcit̃. Sic Adonicus uerſus poſt tres ſapphicos inſerit̃. Tricolon tetraſtrophon eſt cũ poſt tres diuerſi gn̄is uerſus ad primũ redimus.



¶ De Figuris Carminum.

Hactenus conſuetã Carminum compoſitionẽ oſtendi, quã tamen nõnunq; apud Poëtas uariatã inuenies. Sed nihil rarũ ſine neceſſitate imitandũ ſuaſerim. Virgilius aliq̃t regionibus Hexametri carminis Proceleuſmaticũ admiſit, ut Gĕnŭă lăbant, & in quinta, ut ărĭĕtēm crēbrō. Idem Anapęſto in prima uſus eſt, ut flŭuĭōrūm Rēx Erĭdănūs cāmpōsq; pĕr ōmnēs.

Solet interdũ uocalis alterã præcedens græca imitatione non excindi, ſed alioqui natura longa corripi, ut Sŭb Ilĭŏ āltō. Interdũ nec eliditur & (ut eſt) longa manet, Vt Extērnō cōmmīſſă dūcī Aēnēiă pūppis.

Iam cõtractiões illæ crebræ ſunt, in his noĩbus aurẽo aluẽo, Theſẽi & ſimilibus, ut diſſyllaba pronuntient̃. Et in tertiæ regionis initio ſyllaba prima dictionem finiens, quę natura breuis eſt, pro longa poni ſolet, ut Sī pĕrĕō mănĭbūs hŏmĭnūm pĕrĭ iſſe iŭuăbĭt, q̊d cæſuris condonandũ ſæpe putãt. Hæc de carminũ ſtructura. Quibus ornatus quæratur carminũ apud alios leges, ego neceſſariam tantum compoſitionem monſtrare uolui.

¶ ARGENTINAE EXCVdebat Iacobus Iucundus,

Anno M.D.XXXIIII.

Animula Diminutiuū ab anima
[illegible] lib: I in epist[illegible]

[illegible]



[illegible]